



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

44 Litteratura est de jure divino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- obtinere, quòd, si Papa, quod absit, etiam ex certa scientia, alicui prorsus idiotæ pro-
videret, committendo Ordinario, aut alteri executionem litterarum, non esset ei parendum, si esset illitteratus Abb. in cap. si quando, nu. 3. de rescr. & ibi Felyn. n. 4. & in c. inquisitioni, nu. 4. de sentent. excommu-
43 nic. † quia illitteratus est incapax dignitatis ipso jure, Navar. relect. cap. si quando except. 12. numer. 1. & except. 13. num. 2. tom. 2.
44 de rescript. † Quia litteratura est de jure 50
divino, cap. nisi, cum pridem, §. pro defectu, de renunc. & Felyn in dict. cap. Inquisitioni, eodem num. 4.
45 Decimotertio, † excommunicatus ordinari non potest: & excommunicationis sententia innodatus ordinem suscipiens, ab illo ordine est deponendus, & à solo Papa potest dispensari, cap. cum illorum, & ibi Abb. num. 2. de sent. excommunic.
46 Decimoquarto, † ordinatus extra tempora, qui de jure communi erat suspendendus, donec secum foret dispensatum, cap. cum quidam, & cap. litteras, in fin. de temp. ord. Sed hodie est ipso jure suspensus, & celebrando, efficitur irregularis, per dictam const. Pij II. in Bull. eodem c. 6.
47 Decimoquinto, † ordinati, sede Episcopali vacante intra annum vacationis, cum litteris dimissorijs capituli, seu Vicarij ejusdem capituli; si in minoribus ordinibus fuerint constituti, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudere possunt; si verò in majoribus, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sunt ipso jure 52
suspensi.
48 † Et capitulum litteras dimissorias concedens, interdicti pœnam incurrit. Vicarius verò, † ab officio, & beneficio per annum est ipso jure suspensus, conc. Trident. in c. 10. de reform. sess. 7. & c. 10. de reform. sess. 23. Post annum sedis vacantis, poterit capitulum, seu Vicarius litteras dimissorias, & facultatem ordinandi concedere, etiam sede Episcopali vacante, sac. congregat. concil. super eodem cap. 41. sess. 7. in decis. sub tit. V. §. llen.
50 Decimosexto, † duos sacros ordines eadem die nemo suscipere potest, privilegijs, ac indultis quibusvis concessis, non obstantibus quibuscunque, concil. Trident. cap. 13. de reform. sess. 23. Aliàs sic promoti sunt suspensi, donec fuerit illis suspensio relaxata, cap. litteras, in fin. de temp. ord. Et ratione executionis ordinis, etiam plures pœnæ incurruntur de quibus supra, cap. 35.
51 Beneficiorum † occasione insuper quamplurimi suspensionis pœnam incurrunr. Et plenè obtinentes beneficia in confidentiam; quo ab ingressu ecclesiæ sunt ipso jure suspensi etiam Episcopi, ac S. R. E. Cardinalis, per Bull. Pij VIII. de confid. in Bull. cap. 109. & plures alias pœnas incurrunr, ut ibi, & in constitut. Pij V. in eodem Bull. cap. 87.
52 Secundò, † Episcopi, & alij collatores beneficia, præsertim curata, personis indignis, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere non valent, contentes, à collatione beneficiorum ea vice sunt suspensi, & collatio est irritanda, cap. grave nimis, de preb. & concil. Trident. c. 3. de reform. sess. 7.
53 Tertio, † Episcopi, Archiepiscopi, vel Patriarchæ, Abbates, alijve regulares, vel seculares Prælati, aut quæcunque eccle-